

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Consciencia t  
cum fonte primo

Rem dicam ex qua mores estimes nostros.  
Vix quempiam inuenies  
qui possit aperto hostio uiuere.  
Ianitores consciencia nostra non superbia opposuit;  
sic uiuimus ut deprehendi sit subito aspici.  
Quid autem prodest recondere se  
et oculos hominum auresque uitare?  
Bona consciencia turbam aduocat,  
mala autem in solitudine anxia atque sollicita est.  
Si honesta sunt que facis, omnes sciant;  
si turpia, quid refert neminem scire cum tu scias?  
O te miserum, si contempnis hunc testem!

Seneca XLVII. epistola.

Rem dicam ex qua mores aestimes nostros:  
vix quemquam inuenies  
qui possit aperto ostio vivere.  
Ianitores conscientia nostra, non superbia opposuit:  
sic vivimus ut deprendi sit subito aspici.  
Quid autem prodest recondere se  
et oculos hominum auresque vitare?  
Bona conscientia turbam advocat,  
mala etiam in solitudine anxia atque sollicita est.  
Si honesta sunt quae facis, omnes sciant;  
si turpia, quid refert neminem scire cum tu scias?  
O te miserum si contempnis hunc testem!

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae  
morales*, 43.4-5 (L. Reynolds ed., vol.1, pp.113-14,  
ll.22-26, 1-4).